Fid. T. et Hermanus Wrangel ad illatas Joanni Stalbornio inju-
rias et ignominias peremptorie respondebunt Joannes quoque Stal-
bornius itidem si quid illi Fid. vtra objiciendum habent sese iustifi-
caturus est. Interea vero volumus et Fid. T. severe mandamus
ne eidem Joanni Stalbornio (quem nos externum in patroci-
nium et protectionem nostram recipimus) sive praetexto per vim extor-
tae sponsionis praefatae sive quacunque alia ex causa tam per se quam
per domesticos subditos et quoscunque sibi adhaerentes molestus
sit, neve illum in tractandis honestis illius negotiis impediat
sub poenis in violatores salvi conductus nostri legibus sanc.

Cessio Aduocatiae

Sigismundus etc. Significamus etc.

Quod coram nobis et Actis Cancellariae nostrae constitutus
personaliter Generosus Paulus Scerbicz Decretorum nostrorum
Notarius de speciali consensu et voluntate nostra vltro libe-
reque de toto iure suo quodcunque illi ad Aduocatiam in villa nostra
Mąka ad Capitaneatum Sirodiensem spectantem necnon ad summas
in eadem Aduocatia inscriptas competit, cessit Generoso Ste-
phano Malochowskij nihil iuris sibi suisque successoribus, tam
in Aduocatia ipsa quam in summis in ea inscriptis reseruando
sed illud totum in personam praedicti Stephani transferendo re-
cognoscens sibi pro eiusmodi iure suo ab eodem Stephano Ma-
lochowskij satisfactum esse de qua satisfactione eundem perpe-
tuo quietauit Nos vero huiusmodi cessionem per omnia ratam
haberi ad Intercessionem certorum consiliariorum nostrorum
eandem Aduocatiam cum omnibus eius attinentijs in ius Ad-
vitalitium eidem Stephano Malochowskij contulimus promit-
tentes verbo nostro Regio pro nobis et Serenissimis successoribus
nostris quod ea bona de manibus praedicti Stephani Ma-
lochowskij donec vixerit non redimemus neque cuiquam ea re-
dimendi facultatem concedemus, sed eundem Stephanum Ma-
lochowskij in pacata eius Aduocatiae praefatae possessione ad ex-
trema usque vitae tempora conseruabimus et Serenissimi successores
nostri conseruabunt In cuius etc.

Cessio Stationis

Sigismundus. Significamus etc.

Quod coram nobis et Actis Cancellariae nostrae constitutus per-
sonaliter Generosus Albertus Sosnicky Dapifer Wielunensis vicedens
a quauis iurisdictione sua propria et competenti et se quo ad actum